

cerastes in semita, mordebit^a ungulas equi, ut cadat ascensor^b eius retro. Quam^c versutus erit hic coluber, quam astutus^d, ubi et^e pelle pardī clamidabitur¹ vigilis², et plena dolis eius versabitur sub^f pectore vulpis, imperialis sensus excogitet^g, et non iam Erithea vel^h Merlinus aut aliusⁱ, set Iohannes veritatis seriem^k administret. Duas quidem¹ depingit celebres mulieres: unam³ amictam sole et calcato minore^m lumine stellisⁿ XII coronatam, reliquam⁴ auro^o circumdatam sanctorumque^p sanguine temulentam; quarum sicut erunt mixta discrimina, sic et tu non exorreas^q que mox post te fuerint affutura.

Mulier amicta sole⁵ ecclesia Romana describitur, de qua Ys.^{r. 6}: Civitas solis vocabitur una. Inter ceteras enim ecclesias IIII^{or} precedentes, Ierosolimitanam^s, Antiochenam, Alexandrinam et Constantinopolitanam, Romana precellit, quia ceteris datis in atrium^t ipsa sola ob firmitatem fidei facta est templum Dei⁷. Non, inquit⁸, auferetur^u sceptrum de Iuda^v, donec veniat qui mittendus est, et^w ad Petrum dicitur^{x. 9}: Tu es Petrus, et super^y hanc petram he[dificabo]^z ecclesiam meam, et porte inferi non prevalebunt adversus eam^a, preambuli silicet Antichristi; habet^b quippe Petrus cum Iuda concordiam, sicut Ruben^c cum Andrea, Gad^d cum Symone^e, Levi cum Matheo, Ioseph^f cum Iohanne, Benjamin cum Iacobo^g uterino, Dan cum Iuda, de^h quibus alibi latius disseremus. Quia vero repulsis ceteris tribubus elegit Dominus tribum Iuda, de ipsa concorditer eloquamur.

a) 'mordens' R mit Vulg. b) 'assessor' V. c) 'Quoniam quam' R. d) 'astutu' B. e) 'et' fehlt B. f) 'in' R. g) 'co-gitet' R. h) 'et' V. i) 'aut alius' fehlt R. k) 'sapientie (?)' B. l) 'quippe' R. m) 'a minori' B; 'inferiori' R. n) 'stellas' B. o) 'vero' B. p) 'sanctorum' R; fehlt B. q) 'exerceas' R; 'tu hōcitas' B. r) 'XIX.' setzt zu R. s) 's(cilicet)' setzt zu R. t) 'ceteris datis incertum' B. u) 'aufertur' V; 'aufetur sc. inquit' R, wo 'Ge. XLIX.' am Rande. v) 'et dux de femore eius' setzt R aus der Vulg. hinzu. w) 'et' fehlt B. x) 'dicit' R. y) 'super — eam' fehlt B, wo folgt 'etc.'. z) 'edi.' R, wo die meisten Worte dieses Verses abgekürzt sind. a) 'porte inquit inferi' setzt zu R. b) 'habent' B. — 'quidem' R. c) 'ruben' V. d) 'Gat' V. e) 'sim.' V. f) 'Iosép' V. g) 'Iohannis' setzt zu R. h) Für 'de — eloquamur' hat R: 'Mulier igitur amicta sole Romana est ecclesia'.

1) Das sind Worte der sog. Sibylla Samia, N. A. XV, 178, über welche vgl. N. A. XXX, 324. 2) Jerem. 5, 6: 'pardus vigilans'; vgl. oben S. 150. 3) Apoc. 12, 1. Am Rande R: 'Apo. XII'. 4) Apoc. 17, 4. 6. Am Rande R: 'XVII'. 5) Apoc. 12, 1. 6) 19, 28. 7) Apoc. 11, 1. 2: 'Surge et metire templum Dei . . . atrium autem, quod est foris templum, eice foras et ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus'. Vgl. oben S. 143. 8) Gen. 49, 10. 9) Matth. 16, 18.